



I. N. D. N. I. C.

PROOEMIUM.



B orbe condito, BENEV.
LECT. paucæ & fere nullæ
fuerunt Gentes, quibus non
singulari oues fuerint & cu-
rae & aestimationi; Hinc
quoque factum est, vt re-
ferente VARRON. *L. 2. de re rustic. Illustriſſi-
mus quisque apud antiquos pastor fuerit;* atque
(vt in praefenti quorum in sacris honorifica fit
mentio, Heroas illos maximos praetermitta-
mus,) ditissimos pecora pauisse, honestissi-
mumque fuisse studium rei pecuariae satis ve-
terum probant exempla. Namque in Grae-
cia illud ita viguisse ex HOMERO aliisque
antiquissimis Ethnicorum scriptoribus constat, vt
non Reges modo, sed ipsos etiam DEOS im-
mortales pastores fuisse tradant. Et quan-
quam OVIDIVS Romulo populi vicini affinita-
tem contracturo nocuisse scribat, quod a Fau-
stulo inter pastores educatus esset, & aliquan-
do oues pauisse crederetur; PLINIVS tamen
testatur, pecus aliquando vnicum Romanis

A 2 fuisse